



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 3. Vtrum serui poßint contrahere inuitis dominis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

debitum. Nam cum dubitet de firmitate; censetur tali petitione, quantum in se est, velle contrahere.

^{Si debitum reddat,} Respondeo Secundò: Si vero solum reddit debitum affectu maritali, vel si solum reddit affectu fornicario, vel solum ne fraudet coniugem in isto matrimonio, non fieri validum matrimonium. Fiet autem validum matrimonium, si ita reddit debitum, ut velit contrahere. Ita Silvester V. Matrimonium 8. q. 3. Et video posse intelligi ex Cap. Inquisitionis. De sententia excommunicationis.

D V B I V M III.

Virum serui possum contrahere in iuris dominii?

¹³⁹ ^{Affirma-} R. Espondeo: Seruus posse contrahere in iuris dominii. Pater Cap. 11. De coniugio seruum, vbi id expressè habetur. Et Can. Omibus 29. q. 2. Ratio est: quia contrahere matrimonium est iuri naturæ, nata quisque à natura ius habet contrahendi matrimonij, & conferuandi naturam humana: seruitus autem iure gentium introducta est, quod jus non debet euertere ius naturale. Adeo, quod carere matrimonio, pertinet ad statum perfectionis, ad quod nemo in iuris cōpelli potest.

^{Seruus co-} Petes Primò: An seruus contrahens cum libera efficiatur liber? ^{etiam si seruus iuris domini} Respondeo: Non fieri liberum, nisi in quibusdam casibus. Primo, si dominus tradat ipsum vxori liberae ignorantie eius seruitutem, nec illi eam indicet; tunc enim sit liber: si tamen ipsa sciat eius seruitutem, ipse non efficitur liber. Secundò, si domino sciente, nec contradicente, seruus contrahat cum libera, quam dominus scit ignaram esse eius conditionem seruitus. Tertio, si dominus seruo datum constituit ad matrimonium in eundem, efficitur ipse liber, etiamsi contrahat cum libera sciente eius conditionem seruilem. Vide Couar. 2.p. de Sponsalibus cap. 3. §. 7.

Petes Secundo: An matrimonium in istis casibus est validum, si liber ignorat alterius seruitutem?

Respondeo: Validum esse matrimonium. Ita docet Glossa in Cap. finale, De coniugio seruorum. Panormit. & alij DD. ibidem. Silvester V. Matrimonium 8. q. 2. n. 5. Soto dist. 35. a. 2. Et ratio est: quia seruus ille in eo instanti in quo contrahit, iam est liber ex dispositione Iuris; ac proinde non amplius subest impedimentum. Dices: Contractus est causa cur fiat liber: ergo prior est contractus, quam habilitas contrahendi in seruo; & consequenter contractus erit nullus. Respondeo: Contractus est prior libertate in genere causa efficientis; sed in genere causa materialis libertas est prior matrimonio: sicut in rebus naturalibus illustratio aeris in genere causa efficientis prior est de pulsione tenebrarum; sed in ordine causa materialis prior est de pulsione tenebrarum, quam illustratio aëris.

Petes Tertiò: An dominus possit seruū, qui contraxit matrimonium, vendere in alienā provinciā?

Respondeo: Communis sententia Doctorum est, quando consensu domini factum est matrimonium, seruum non posse in longinas horas distrahi, quod vxor commode sequi non possit. Si autē sine consensu domini factum sit, quidam dicunt dominum posse illum vendere in quevis loca. Ita Nauar. c. 22. n. 32. Sed hoc non videtur absolute verū: Nā est contra charitatem virum ab uxore diuellere. Ita D. Thom. q. 52. a. 2. ad 4. vbi dicit cogendum dominum ac ita diuendat seruum. Et D. Antoninus

3. p. tit. 1. c. 3. Soto d. 35. a. 1. In uno tamē casu sententia Nauarri teneri potest: nempe, si dominus esset in maxima aliqua necessitate constitutus, cui non posset aliter occurire, nisi ita vendendo feruimus. Et tunc vxor tenetur eum sequi;

Petes Quartò: An hoc impedimentum sequilis conditionis sit iuris naturæ, an Ecclesiastici?

Respondeo: Hoc impedimentum non esse iuris naturæ, sicut est error personæ; sed Ecclesiastici. Ita comuniter DD. D. Thomas d. 36. a. 1. q. 2. Soto d. 35. a. 2. Quod non sit iuris naturæ, patet: nā iste Ecclesiastici verē cōsentit in hanc personam, neque aliā animo gerit; sed solum fallitur in accidentaria qualitate, sicut is qui putat esse nobilem virginem &c. Merito tamē Ecclesia tale impedimentum induxit in favorem eius qui liber est: quia per tale matrimonium grauiter deciperetur. Nam serua non potest libere reddere debitum suo coniugi, cū sit obstricta obsequijs domini.

C A P V T IX.

De impedimento voti, et Ordinis sacri.

D V B I V M I.

An votum dirimat matrimonium?

N. Otandum est: Votū aliud esse simplex, aliud ¹⁴² Solemne. Solemne dicitur, quod nuncupatur ^{solemne} in susceptione Ordinis sacri, vel in Religionis per ^{aliud votum} Sedem Apostolicam approbatæ professione. Ita expressè habemus Capitulo Quod votum, de Voto ^{plaz.} 6. simplex autem est, omne aliud votum; quod non est solemnne.

Dico Primo: Votum simplex impedit quidē matrimonium contrahendū, cū sine graui peccato non possit contrahi; non tamen dirimit, si contrahatur: quod intellige secundū iuris communis dispositionē. Nam ex privilegio Summi Pontificis fieri potest, vt votū simplex emissum in aliqua Religione secundū certa formam, dirimat matrimonium; vt patet ex Constitut. Greg. XIII. quæ incipit, Ascidente Domino.

Dico Secundò: Votum solemnne in Religione approbata tacitè vel expressè emissū, dirimit matrimonium. Hæc propositio est fide tenenda.

Dixi: In Religione approbata: quia si quis profiteatur in Religione non approbata per Sedem Apostolicam, non erit impedimentum dirimens, vt in tertio ordine S. Francisci, vel S. Dominicī: neque enim tale votum est propriè dictum solemnne; vt patet ex Capitulo Quod votum.

Dixi: Tacite vel expressè emissum: quia vtroque modo fieri potest professio, etiam post Concilium Tridentinum; vt patet ex responsis Cardinalium. Expressè quidē fit, dum certa formula recitat. Implicitè vero, si quis exacto anno professionis getet habitum professorum, & gerat se in officijs vt professorum. Nunc

Probatur propositio Primo: Ex Concilijs. Concilium Chalcedonense can. 16. dicit virginem, Conciilia, quæ se Deo consecravit, similiter & Monachum, non posse nuptialia iura contrahere; quod si hoc inuenti fuerint perpetrare, excommunicentur. Vbi indicat tales nuptias esse illicitas. Quod patet primo, quia dicit non posse eos nuptialia iura contrahere. Quibus verbis significatur non tantum hoc esse peccatum, nam de hoc nemo vñquam dubita-

Illi uit; sed

¹⁴⁰ Seruū con-
tingat
domini
ne vendat
in alienam
provinciā.